



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 52. Indecens quædam Consuetudo in Galliis abolita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

pietissime decessit. Anno autem se- Sæc. XVII, A. C. 1677.
 quenti Dorothea Hedwigis Holsatiæ
 Nordburgensis, & Sleswicii Ducissa
 olim Lutherana Gandersheimii Abba-
 tissa religionem Catholicam, cui sese
 jamjam anno hujus sæculi septuagesi-
 mo addixerat, Bambergæ in Templo
 Jesuitarum palam professa est, secuta
 exemplum Joachimi Ernesti Holsatiæ
 Plönæ Principis, qui Anno 1674. e
 sectæ suæ tenebris ad Catholicæ veri-
 tatis lucem traductus est.

S. LII.

*Indecens quædam Consuetudo in Gal-
liis abolita.*

Inter corruptelas, quas foeminarum Mem. Chron. Es Dogm. l'An 1677. Abregé de l'Hist. Eccl. tom. 3.
 incontinentia invexit, atque igno-
 rantia seu morum perversitas a sæculo
 decimo quinto usque nunc in Galliis
 propagavit, haud infima erat consue-
 tudo, qua foeminis Maritos suos velut
 ad perficiendum conjugii actum ineptos
 accusantibus, Judices experimentum,
 quod in Galliis *congressus* dicebatur, in
 judicio fieri præcipiebant, ac juxta
 hujus probationis successum ejusmodi
 matrimonium aut validum aut nullum
 esse pronuntiabant: Ejusmodi experi-
 mentum olim Justinianus Imperator,
 ac dudum leges Canonicae prohibuere,

K §

legi-

Sæc. XVII legitimam, honestamque subrogantes
A. C. 1677. probationem (*). Postquam vero hæc
 consuetudo in Galliis invaluerat, ad
 solam eorum, qui ejusmodi congressus
 sui intererant, testificationem plurima
 divortia ex Judicum sententia successe-
 rant, atque inter alia etiam Marchio-
 nis de Langers connubium die octava
 Februarii anno hujus sæculi quinquage-
 simo nono nullum irritumque fuit de-
 claratum, postquam vero insuperhabito
 Parlamenti interdicto hic idem Mar-
 chio ad secundas transferat nuptias, &
 ex altera Coniuge septem suscepit
 filios, Marchionis affines, se hæredi-
 tate privari indignantes, alterum hoc
 matrimonium dissolvi urgebant: His
 Parlamentum suffragabatur, captaque
 exin occasione die decima octava Fe-
 bruarii edito decreto hunc congressum
 abrogabat, tanquam omnibus honesta-
 tis, religionisque legibus adversum,
 atque ad comprobandum matrimonii
 valorem minus idoneum.

§. LIII.

*Mariæ Stuartæ connubium Jacobo
 Stuarto Eboracensi Duci & Ca-
 tholicis infustum.*

Inte

(*) Vid. cuncta capit. tit. de frigidis & mar-
 lesiciatis,